DISQUISITIO CRITICA DE T. CALPURNII SICULI ECLOGIS.

Dudum est, ex quo Wernsdorfii cura diligentiaque compluribus scriptoribus, quos Poetas Latinos Minores nuncupare uiris doctis placuit, egregie subuentum est: qui uir, ingenii acumine praeditus insigni, non solum horum scriptorum uerba ipsa plerumque magna cum felicitate restituit, sed etiam ea, quae ad historiae litterariae cognitionem pertinent, diligenter collegit, docte pertractauit, subtiliter explanauit. Iam quidem non defuerunt, sed rari illi, qui post Wernsdorfium eisdem rebus operam nauarent, uerum illius fide atque auctoritate freti non amplius quaerendum esse putarent: quo factum est, ut haec studia non ita promouerentur, uti reliquarum rerum philologicarum conditio exigere uidetur. Quare hoc tempore non alienum existimo, si denuo et quidem ex integro illarum disputationum particulam quandam sumpsero tractandam, sperans fore, ut cum in hunc, de quo sermo erit, scriptorem, tum omnino in Latinas litteras aliquid emolumenti redundet. Namque T. Calpurnii Siculi Eclogae, quae inde ab antiquitatis studiis ex squalore situque diuturno excitatis impressae et lectitatae sunt, Guidalotti, Titii, Barthii, Vlitii, Hauercampi, P. Burmanni opera emendatae atque explicatae, a Wernsdorfio cum Introductione copiosissima in Poetarum Lat. Min. tom. II. a. 1780 editae sunt. Ab hoc autem inde tempore praeter paucos libros, quorum copia mihi non est facta, *Adelungi*, (Petropoli 1805. 4°.) *Wissii*, (Lipsiae 1805. 8°.) *Klausenii*, (Altonae 1807. 8°.) a quibus Calpurnii Eclogae in sermonem patrium translatae sunt, una, quod sciam, *Beckii* editio (Lipsiae 1803. 8°.) nonnulla habet, quae probari possunt. Tantum uero abest, ut prioribus editoribus, quin etiam Wernsdorfio ipsi atque illis, qui huius uestigia legerunt, res bene cesserit in constituendis Calpurnii uersibus, ut quae emendentur rectiusque conformentur, plurima eaque grauia supersint. Etenim ut hoc loco reliquorum uirorum doctorum industriam silentio praetermittam, Wernsdorfius editionibus, quibus usus erat antiquissimis eisque haudquaquam spernendis, intentus et quasi captus, codicum haud eandem habuit rationem, qua ex re quid euenerit, facile est ad intelligendum. Admodum enim fluctuat in exercenda arte critica Wernsdorfius et fere omni caret fundamento, si externa requisiueris argumenta, id quod magis etiam in priores editores cadit. Frustra apud illos circumspexeris, qui codex sit optimus, quonam loco alii libri uel

1.

manu scripti uel impressi typis habendi sint: quo accedit, quod Wernsdorfius editionum plures easque grauioris momenti non ipse excussit, sed ex aliorum collatione cognitas habuit. Itaque operae pretium me facturum esse arbitror, si de omnibus subsidiis criticis, quorum notitia ad me peruenit, breuiter quidem sed quam accuratissime fieri potest, disputauero in hunc modum, ut primum de codicibus, deinde de editionibus disseratur, quibus ea subiiciam, quae ad confirmandam sententiam meam facere uidentur.

Jam inter codices Calpurnianos primum obtinet locum *Doru. a.* apud Burmannum in Add. ad tom. pr. Poet. Lat. Min. cui et nomen *Neapolitano* (ex loco, in quo asseruabatur, Neapoli in bibl. Carbonarii) sed perraro est inditum. Bonum uero cum per se uix appellauerim, at ex deterioribus multo meliorem: quippe qui et interpolatus sit, et multis locis corruptus. Nihilo tamen minus ad hunc codicem, quoad per leges criticas fieri potest, uerborum contextus conformandus est. De huius libri pretio Burmannus recte sensit, eique Wernsdorfius hic illic adstipulatus est: Beckius pauca ex eo refinxit, sed grauissima reliquit intacta. Mihi quoque omnia iterum iterumque pertractanti et perpendenti tandem atque uix tandem ea, quam proposui, sententia subnata est. — Proxime ad illum accedere uidetur *codex Heinsii*, apud Burm. in Comm. allatus: sed non raro de eo ambigitur, omninoque eius cognitio est difficilis, cum scripturae non ita multae ex eo afferantur. Plura enotata sunt ex *cdd. Doru. b. c.* qui eidem familiae adnumerandi sunt. Harum scripturas eodem, quo Doru. a. loco congestas habemus. Denique peculiarem eamque deteriorem illorum codicum appendicem habendos esse puto *Doru. d.* (cuius notitiam ibidem reperies) quem Wernsdorfius et Beckius paene ubique appellant simpliciter *Doru.* ad Burmanni uerba Excerptis Doruillianis praemissa non attendentes, et *Rehdigeranum alterum*, (signaui eum R 2.) cuius breuis subiungatur descriptio. Hic codex chartaceus a Wachlero (in libello „Thomas Rehdiger und seine Büchersammlung zu Breslau,“ p. 40.) priore loco commemoratus, non VII. Eclogas, ut ille affirmat, sed omnes XI. Calpurnio attributas exhibet, saeculo XV. scriptus, forma quadrata, constatque foliis CXV. Singulae paginae uiginti sex uersus continent. In hoc codice reperiuntur fol. 3 — 22. Calpurnii Eclogae, quarum in fronte haec adscripta sunt: *Calphurnii poetae ad Nemesianum Carthaginensem Bucolica incipit.* Omnes Eclogae inscriptionibus personarumque signis carent praeter Ecl. I, 1. *Co.* u. 8. *OR.* u. 13. *C.* u. 20. *O.* u. 24. *C.* Hic illic autem librarius ad personam significandam hac nota („) usus est. Foll. 23. 24. vacua sunt: fol. 25. haec leguntur: *Calphurnii Poetae ad Nemesianum carthaginensem Bucolica incipit*, sed continuo haec excipiuntur hisce: *SIMPHOSII ENYGMATA*, quorum tamen nullum exstat, nam fol. 26. *Quinti Sereni Medici Liber incipit*, usque ad fol. 53: foll. 54. 55. scriptura carent: inde autem a fol. 56. *Aurelii Augustini de Deo liber incipit* (libri sunt tres uersibus hexametris conscripti, qui nondum editi esse uidentur) usque ad fol. 108. Reliqua folia uacua sunt. Huius codicis originem eandem esse atque Doru. d. maxime est perspicuum. De ceterorum, quos recensui, codicum conditione nihil habeo, quod proferam, cum eis uiris, quorum opera ad nos peruenit illorum librorum notitia, de hac re quidquam uel minimum tradere non placuerit.

Itaque iam ad alteram codicum Calpurnianorum, in quibus uitiorum etiam plus quam

uirtutum deprehenditur, transitus fiat. Horum in numero primum habendus est *cd. Palatinus*, olim Janotii Maneti, quem a. 1460 scriptum esse ferunt, id quod sine dubio ex Barthii Aduerss. XXXIIII. c. 2. colligi posse uisum est. Verum qui ea, quae illo loco inueniuntur, recte intellexerit, non poterit non concedere, secundum Barthii uerba sententiam proponendam esse hancce, illum codicem non post a. 1460 scribi potuisse, sed utrum multis an paucis annis antea plane ignorari. Omnino de hoc cd. Palatino uiri docti, qui hisce de rebus scripserunt, magno in errore uersati esse uidentur, cum ueri sit haud absimile, non unum eundemque Bibliothecae Palatinae codicem esse, qui apud *Barthium in Aduersariis*, apud *Gebhardum in Crepundiis*, apud *Burmannum in Comm.* Calpurnii Eclogis subiecto commemoratur, sed certe duos codices Palatinos esse statuendos exempla confirmare uidentur, in quibus scripturae ex Pal. cd. afferuntur haudquaquam inter se consentientes, cf. Ecl. I, 30. XI, 18: quo accedit, quod in (Hauercampi) editione Lugd. Bat. et Hagae 1728. 4°. nominatim *codices Palatinae Bibliothecae* ad Calpurnium memorantur *praef. pag. ult. et pag. 352.* Quapropter ualde ambiguum redditur de hoc cd. uel de his cdd. iudicium. In uniuersum autem magna consensio cum ed. Rom. pr. perspicua est. Idem ualet de *cd. Vossiano*, cuius notitiam habemus apud Burmannum, nec non de *cd. Gothano*, recenti illo, quem Wernsd. non ante XV. saec. scriptum esse putat, qui Eclog. VII. u. 65. desinit, ad cuius calcem haec sunt scripta: *Finis. haec quae de calphurnio inueniuntur.* His adnumerandus est *cd. Rehdigeranus prior*, (signaui eum R 1) chartaceus paucis foliis membranaceis ab initio admixtis. forma quadrata saeculo XV. satis eleganter scriptus. Constat foliis CXXX. singulisque paginis uersus uiginti uel duo uel tres scripti sunt. In secundi fol. p. 1. index eorum exstat, quae hoc uolumine continentur, in hunc modum: *C. Calphurnii Elglogae* (sic) || *Exsiodi* (sic) || *poete clarissimi conuersio* || *Alcinus poeta de laude Virgilii* || *Cornelius gallus de Eeneiade* (sic) *Virgilii* || *P. Virgilii hortulus* || *Argumenta librorum Aeneidos* || *P. Virgilii Maronis culex* || *P. Virgilii Maronis Dire* || *P. Virgilii Maronis copa* || *P. Virgilii Maronis Est et non* || *P. Virgilii Maronis Vir bonus* || *P. Virgilii Maronis Ver erat* || *P. Virgilii Maronis Moretum* || *P. Virgilii Maronis Versiculi* || *P. Virgilii Maronis in Balistam latronem* || *Ouidii Nasonis carmen* || *P. Virgilii Maronis Aetna* || *P. Virgilii Maronis catalecton* || *P. Virgilii Maronis Priapeia* (sic) || *Sulpicii Krtaginensis* (sic) *Xistis* (sic) || *Octauii Augusti uersus* || *Palladius cum reliquis conditus* || *Musarum nomina et officia* || *Incerti auctoris Elegia* || *Leonardi Dati in quasdam fabellas exsopi* (sic) *conuersio:* quibus epigrammata quaedam poetarum recentiorum adiecta sunt. Calpurnii Eclogis, quae omnes XI. ad illum in hoc cd. referuntur, inscriptio praefixa est haec: *C. Calphurnii poetae clarissimi Buccolicon carmen incipit*: ad earum calcem haec leguntur: *C. Calphurnii Bucolicon carmen desinit* τελοσ καλοσ.

Praeter hos qui afferuntur libri manu scripti, de eis plus etiam dubitationis exsistit, atque maxime ambiguum est iudicium, ueluti de *cd. Modii*, quippe ex quo tantum paucula ab hoc uiro in *Epistolis nouantiquis* prolata sint. Eadem ualent de *libris* siue *exemplaribus* siue quo alio afferuntur nomine, *antiquis Diom. Guidalotti*, (in Comm. ed. Bononien-

manu scripti uel impressi typis habendi sint: quo accedit, quod Wernsdorfius editionum plures easque grauioris momenti non ipse excussit, sed ex aliorum collatione cognitas habuit. Itaque operae pretium me facturum esse arbitror, si de omnibus subsidiis criticis, quorum notitia ad me peruenit, breuiter quidem sed quam accuratissime fieri potest, disputauero in hunc modum, ut primum de codicibus, deinde de editionibus disseratur, quibus ea subiiciam, quae ad confirmandam sententiam meam facere uidentur.

Jam inter codices Calpurnianos primum obtinet locum *Doru. a.* apud Burmannum in Add. ad tom. pr. Poet. Lat. Min. cui et nomen *Neapolitano* (ex loco, in quo asseruabatur, Neapoli in bibl. Carbonarii) sed perraro est inditum. Bonum uero cum per se uix appellauerim, at ex deterioribus multo meliorem: quippe qui et interpolatus sit, et multis locis corruptus. Nihilo tamen minus ad hunc codicem, quoad per leges criticas fieri potest, uerborum contextus conformandus est. De huius libri pretio Burmannus recte sensit, eique Wernsdorfius hic illic adstipulatus est: Beckius pauca ex eo refinxit, sed grauissima reliquit intacta. Mihi quoque omnia iterum iterumque pertractanti et perpendenti tandem atque uix tandem ea, quam proposui, sententia subnata est. — Proxime ad illum accedere uidetur *codex Heinsii*, apud Burm. in Comm. allatus: sed non raro de eo ambigitur, omninoque eius cognitio est difficilis, cum scripturae non ita multae ex eo afferantur. Plura enotata sunt ex *cdd. Doru. b. c.* qui eidem familiae adnumerandi sunt. Harum scripturas eodem, quo Doru. a. loco congestas habemus. Denique peculiarem eamque deteriorem illorum codicum appendicem habendos esse puto *Doru. d.* (cuius notitiam ibidem reperies) quem Wernsdorfius et Beckius paene ubique appellant simpliciter *Doru.* ad Burmanni uerba Excerptis Doruillianis praemissa non attendentes, et *Rehdigeranum alterum*, (signaui eum R 2.) cuius breuis subiungatur descriptio. Hic codex chartaceus a Wachlero (in libello „Thomas Rehdiger und seine Büchersammlung zu Breslau," p. 40.) priore loco commemoratus, non VII. Eclogas, ut ille affirmat, sed omnes XI. Calpurnio attributas exhibet, saeculo XV. scriptus, forma quadrata, constatque foliis CXV. Singulae paginae uiginti sex uersus continent. In hoc codice reperiuntur fol. 3 — 22. Calpurnii Eclogae, quarum in fronte haec adscripta sunt: *Calphurnii poetae ad Nemesianum Carthaginensem Bucolica incipit.* Omnes Eclogae inscriptionibus personarumque signis carent praeter Ecl. I, 1. *Co.* u. 8. *OR.* u. 13. *C.* u. 20. *O.* u. 24. *C.* Hic illic autem librarius ad personam significandam hac nota („) usus est. Foll. 23. 24. vacua sunt: fol. 25. haec leguntur: *Calphurnii Poetae ad Nemesianum carthaginensem Bucolica incipit*, sed continuo haec excipiuntur hisce: *SIMPHOSII ENYGMATA*, quorum tamen nullum exstat, nam fol. 26. *Quinti Sereni Medici Liber incipit*, usque ad fol. 53: foll. 54. 55. scriptura carent: inde autem a fol. 56. *Aurelii Augustini de Deo liber incipit* (libri sunt tres uersibus hexametris conscripti, qui nondum editi esse uidentur) usque ad fol. 108. Reliqua folia uacua sunt. Huius codicis originem eandem esse atque Doru. d. maxime est perspicuum. De ceterorum, quos recensui, codicum conditione nihil habeo, quod proferam, cum eis uiris, quorum opera ad nos peruenit illorum librorum notitia, de hac re quidquam uel minimum tradere non placuerit.

Itaque iam ad alteram codicum Calpurnianorum, in quibus uitiorum etiam plus quam

uirtutum deprehenditur, transitus fiat. Horum in numero primum habendus est *cd. Palatinus*, olim Janotii Maneti, quem a. 1460 scriptum esse ferunt, id quod sine dubio ex Barthii Aduerss. XXXIIII. c. 2. colligi posse uisum est. Verum qui ea, quae illo loco inueniuntur, recte intellexerit, non poterit non concedere, secundum Barthii uerba sententiam proponendam esse hancce, illum codicem non post a. 1460 scribi potuisse, sed utrum multis an paucis annis antea plane ignorari. Omnino de hoc cd. Palatino uiri docti, qui hisce de rebus scripserunt, magno in errore uersati esse uidentur, cum ueri sit haud absimile, non unum eundemque Bibliothecae Palatinae codicem esse, qui apud *Barthium in Aduersariis*, apud *Gebhardum in Crepundiis*, apud *Burmannum in Comm.* Calpurnii Eclogis subiecto commemoratur, sed certe duos codices Palatinos esse statuendos exempla confirmare uidentur, in quibus scripturae ex Pal. cd. afferuntur haudquaquam inter se consentientes, cf. Ecl. I, 30. XI, 18: quo accedit, quod in (Hauercampi) editione Lugd. Bat. et Hagae 1728. 4°. nominatim *codices Palatinae Bibliothecae* ad Calpurnium memorantur *praef. pag. ult. et pag. 352.* Quapropter ualde ambiguum redditur de hoc cd. uel de his cdd. iudicium. In uniuersum autem magna consensio cum ed. Rom. pr. perspicua est. Idem ualet de *cd. Vossiano*, cuius notitiam habemus apud Burmannum, nec non de *cd. Gothano*, recenti illo, quem Wernsd. non ante XV. saec. scriptum esse putat, qui Eclog. VII. u. 65. desinit, ad cuius calcem haec sunt scripta: *Finis. haec quae de calphurnio inueniuntur.* His adnumerandus est *cd. Rehdigeranus prior*, (signaui eum R 1) chartaceus paucis foliis membranaceis ab initio admixtis. forma quadrata saeculo XV. satis eleganter scriptus. Constat foliis CXXX. singulisque paginis uersus uiginti uel duo uel tres scripti sunt. In secundi fol. p. 1. index eorum exstat, quae hoc uolumine continentur, in hunc modum: *C. Calphurnii Elglogae* (sic) || *Exsiodi* (sic) || *poete clarissimi conuersio* || *Alcinus poeta de laude Virgilii* || *Cornelius gallus de Eeneiade* (sic) *Virgilii* || *P. Virgilii hortulus* || *Argumenta librorum Aeneidos* || *P. Virgilii Maronis culex* || *P. Virgilii Maronis Dire* || *P. Virgilii Maronis copa* || *P. Virgilii Maronis Est et non* || *P. Virgilii Maronis Vir bonus* || *P. Virgilii Maronis Ver erat* || *P. Virgilii Maronis Moretum* || *P. Virgilii Maronis Versiculi* || *P. Virgilii Maronis in Balistam latronem* || *Ouidii Nasonis carmen* || *P. Virgilii Maronis Aetna* || *P. Virgilii Maronis catalecton* || *P. Virgilii Maronis Priapeia* (sic) || *Sulpicii Krtaginensis* (sic) *Xistis* (sic) || *Octauii Augusti uersus* || *Palladius cum reliquis conditus* || *Musarum nomina et officia* || *Incerti auctoris Elegia* || *Leonardi Dati in quasdam fabellas exsopi* (sic) *conuersio:* quibus epigrammata quaedam poetarum recentiorum adiecta sunt. Calpurnii Eclogis, quae omnes XI. ad illum in hoc cd. referuntur, inscriptio praefixa est haec: *C. Calphurnii poetae clarissimi Buccolicon carmen incipit:* ad earum calcem haec leguntur: *C. Calphurnii Bucolicon carmen desinit τελοσ καλοσ.*

Praeter hos qui afferuntur libri manu scripti, de eis plus etiam dubitationis exsistit, atque maxime ambiguum est iudicium, ueluti de *cd. Modii*, quippe ex quo tantum paucula ab hoc uiro in *Epistolis nouantiquis* prolata sint. Eadem ualent de *libris* siue *exemplaribus* siue quo alio afferuntur nomine, *antiquis Diom. Guidalotti*, (in Comm. ed. Bononien-

sis 1504. f.) quae a recentioribus editoribus inde ab Hauercampo plane neglecta sunt, et *Rob. Titii* (in Comm. ed. Florent. 1590. 4°.) commemoratis. Qui libri utrum plures sint an unus idemque, quin etiam utrum manu sint scripti an impressi typis optimo iure ambigi potest: quae Titius habet, e Guidalotti commentario in suam rem ex parte conuertit. Nullius autem usus propter famae tenuitatem sunt *libri Martellii, Palmerii, Carrionis, aliorum*: quorum praeter nomen paene nihil exstat: neque veri est absimile, plerumque per eos non codices, sed editiones significari. His addenda est memoria *codicis cuiusdam antiqui*, qui in praefat. editionis, quam Brassicanus imprimendam curauit a. 1519 (Hagenouae), excitatur, cf. *Veesenmeyer* philol. und biograph. Analecten p. 73 sqq. (Plura de illa editione Brassicani infra disserentur.) Asseruabatur ille codex apud Canonicos St. Petri (hodie *Einsiedel*) ad Pulchras Fagos (am Schönbuch) prope Tubingam. Sed ill. Walzius, Professor Tubingensis doctissimus, mihi de illo cd. sciscitanti, qua est liberalitate atque humanitate, rescripsit, quanquam data a se opera ne ullum quidem eius cd. uestigium indagari potuisse: id quod sane dolendum est, cum non parum emolumenti ad Calpurnii uersus emendandos exspectari potuisse mihi sit persuasum. Denique ut omnia, quae alicui certe aliquando usui fore uidentur, hoc loco congerantur, eos quoque codices, quorum alicubi fit mentio, iam enumerabo:

Cdd. Florentini. 1) Bandini Bibl. Laurent. II. Plut. 37. cd. 14. Silius Italicus p. 1—117. (Vita Silii p. 176. 177.) p. 177 b. *C. Calphurnii Carmen Bucolicum Ecl. XI. distinctum.* p. 193 b. Hesiodi Opera et Dies a Nic. de Valle Latine redd. — Claudiani de raptu Proserpinae: cd. membr. ms. f. saeculi XV. (Pertinet hic cd. sine dubio ad familiam cdd. Pal. Voss. Goth. R 1. et ed. pr. Rom.) — 2) Bandini Bibl. Gaddian. III. Plut. 90. cd. 12. Fr. Petrarchae Ecl. XII. Virg. Mar. Culex. Eiusdem Dirae. *Calphurnii ad Nemesianum Carthag. Ecl. VI.* Ecll. VI. VII. efficiunt unam signo cum nota ad finem prioris Ecl. in margine addito). *Aureliani* (sic) *Nemesiani Carthag. Ecll. IIII.* in quibus multas scripturae discrepantias Bandini animaduertit. cd. chart. ms. 4°. mai. saeculi XV. ineunt. cum Scholiis: ab initio insignitus n. 396. (Fortasse hic est ille cd. uel illius similis, secundum quem Vgoletus editionem suam adornauit, siue mauis, interpolauit.) — 3) Bandini Suppl. I. Bibl. Aedilium XCIII. p. 140. *Calpurnii Bucolica Eclogis XI.*

Cdd. Parisini. 1) Catalog. Bibl. Reg. Paris. tom. IIII. p. 422. cd. n. 8049 praeter alia continet *Calpurnii Ecl. III. priores et initium Ecl. quartae.* Huius cd. pars undecimo, pars decimo tertio, pars decimo quarto scripta uidetur.*) 2) Montefalc. Bibl. Bibliothecarum tom. II. p. 1370 b. in Catalogo St. Victoris. Paris. afferuntur *Calphurnii Bucolica.*

Quibus finitis ad alteram disputationis partem de editionibus instituendam transibo, cuius quidem summam Wernsdorfius l. a. pag. 50. iam praeoccupauit, unde hoc loco ea

---

*) His ipsis diebus Wimmeri Professoris ill. collegae mihi coniunctissimi beneuolentia factum est, ut illius codicis et fortasse aliorum, si qui sunt, collationem in usum meum iri institutum sperare possim.

tantum prolixius percensebo, quae post Wernsdorfium grauioris momenti accesserunt. Editionum autem omnium, quas ap. Wernsd. l. a. p. 37—51. habemus enumeratas descriptasque, praestantissimae sunt *Romana princeps*, (cum Silio Italico 1471. f.) *Parmensis Vgoleti*, (s. a. 4°.) *Florentina prior Philippi de Giunta* (1504. 8°.) *Pithoeana* (Parisiis 1590. 12°. et Lugd. 1596. 8°.) Ad has accedunt *Dauentriensis prior* (1491. 4°.) et *altera*, (s. a. 4°. litt. Goth.) quae a me primum collata est. Asseruatur huius editionis exemplar Dresdae in Bibl. Reg. Saxonica, unde eam excutiendam accepi. Constat foliis 24. quorum in primi pag. priore pictura rudis est ligno expressa exsculpto cum inscriptione: *St. Lebuinus.* Singulae paginae 25. uersus continent. Omnes XI. Eclogae in ea Calpurnio adscriptae sunt his uerbis: *T. Calphurnii Siculi Bucolicum carmen.* Ad libri calcem haecce leguntur: *Bucolica titi calphurnii siculi finiunt Impressa Dauantriae* (sic) *in platea episcopi.* Collatione instituta facere non possum, quin Wernsdorfio contradicam, qui Dauentrienses editiones plane ad ed. Rom. conformatas esse contendit. Contra plura eaque haudquaquam ex correctione petita deprehenduntur, quae minime cum ed. Rom. consentiunt magisque ed. Parmensem sapiunt. Praeterea illud exemplar multas habet correctiones et scripturae discrepantias partim inter uersus partim ad marginem appictas a manu satis antiqua, quae maximam partem ex ed. Rom. translatae uidentur. Has enotavi suoque loco edendas curabo. Porro non sine utilitate denuo a me collata est *ed. Ascensiana* (Parisiis 1503. 4°.) quanquam, ut mihi est persuasum, ea, quae huic libro peculiaria sunt, non ex codice, sed ex correctione profecta sunt: quare in adhibenda hac editione cauendum est, ne dum emendare uelis, scriptoris uerba corrumpas. Haec sententia luculenter confirmatur ex Ascensii adnotatione ad Ecl. VI, 9. in quo uersu voc. *Ne* ex illius coniectura repositum est, eodemque referri potest, quae ab illo ad Ecl. V, 65. adnotata sunt, quem u. corruptum fuisse dicit Ascensius, cuique medelam attulit satis uiolentam. His adiicienda est *Ald. 2.* (Venetiis 1534. 8°.) ap. Wernsd. in qua pauci uersus nescio utrum ex coniectura an ex codice immutati sunt: in uniuersum enim illa consentit cum ed. Parmensi. — Iam inter ea, quae Wernsdorfius in colligenda scripturae discrepantia plane omisit, in Excerptis Doruillianis, ad calcem tomi prioris Poet. Lat. Min. a Burmanno reiectis hic illic scripturae non ex cdd. Doruillianis enotatae, sed compendio *Ald.* insignitae reperiuntur. Versus autem, in quibus huius *Ald.* fit mentio, sunt hi: Ecl. II, 40. *indicis.* Ecl. IIII, 2. *obstrepit.* u. 50. *aduocet.* u. 69. *comabat.* u. 94. *ab his.* Ecl. V, 32. *ac si.* u. 39. *ne pudeat.* u. 43. *ne tu.* u. 48. *tondentibus.* u. 78. *liuentia.* Ecl. VI, 33. *melius cubet.* u. 36. *porrigat.* Ecl. VII, 77. *referens.* Ecl. VIII, 42. *uouisti.* u. 59. *hortatus.* u. 69. *dant flore.* Ecl. X. 19 *comptas.* Quod si conceditur per notam *Ald.* non facile quidquam aliud significari potuisse nisi *editionem Aldinam,* quaestio exoritur, quaenam illa ed. Ald. fuerit, ex qua Doruillius, illarum scripturarum auctor, eas enotauerit. Et Wernsdorfius quidem l. a. pag. 44. duas Aldinas a. 1518. 8°. et a. 1534. 8°. impressas commemorat: uerum qui scripturas a Doruillio ex *Ald.* exhibitas cum eis, quae in illis versibus ex *A* 1. et A 2. apud Wernsdorfium in adnotationibus criticis afferuntur, comparauerit, facile intelliget, ex neutra earum illas petitas esse. Quanquam enim tam pauca exstant exempla, tamen non desunt, quae

illi Ald. soli propria sunt, cf. Ecl. II, 40. IIII. 94. VI, 33. 36. VIII, 42. 69. X. 19. Neque cum A 1. neque cum A 2. consentit Ecl. VIII, 59. et sine dubio Ecl. IIII, 69. V, 39. 43. si quid ex Burmanni Wernsdorfiique silentio colligere licet. Sane eadem Ald. facit cum A 1. Ecl. IIII, 2. V, 32. 48. 78. cum A 2. Ecl. IIII, 50. VII, 77. (in utroque hoc loco de scriptura A 1. ambigitur: sed ueri est simile, A 1. et A 2. inter se non congruere.) tamen hoc nemo mirabitur, quippe quod per se sit consentaneum. Verum ex reliquis exemplis sine ulla dubitatione affirmari potest, illam *Ald.* ex qua Doruillius has scripturas proposuit, neque A 1. neque A 2. esse: contra in his deprehendere mihi uisus sum eam Calpurnii editionem, quae *a. 1472. f. Venetiis* cum Ausonio et aliis poematiis prodiit, cf. Maittair. Annales typogr. tom I. p. 98. Ebert bibl. Lex. n. 3362. Wernsdorfius quidem l. a. p. 37. nescire se profitetur, an alicubi haec editio exstet, sed non uerendum est, ne temere contendam, eam a Doruillio esse inspectam, eumque in eo tantum deceptum esse, quod eam appellauit Aldinam: id quod ex re ipsa facile habet excusationem, cum omnium editionum Venetarum Aldinae maxime floruerint, eoque magis hoc loco excusationem hanc aptam esse puto, cum illi ed. Venetae a. 1472. typographi nomen non adiectum sit. — Quibus dilucidatis ad aliam eamque graviorem accedam quaestionem. Est enim in Bibliotheca Vniuersitatis Vratislauiensis Calpurnii editio admodum rara, quippe cuius nonnisi apud *Panzer.* Annall. typogr. VII. p. 69. et *Veesenmeyer* (bibliogr. und biograph. Beiträge, Ulm 1826.) mentio fiat. sed ita tamen, ut de illius pretio certo iudicari nequeat. Prodiit haec editio cura *Io. Alex. Brassicani a. 1519. 4°. s. l.* impensis Knoblochi incolae Argentinensis formulis uero Anshelmianis (Hagenouæ?). Constat foliis 28. habetque praeter duas præfationes (ad Calpurnium et ad Nemesianum) quæstiunculam de Bucolico carmine atque compluria cum Brassicani ipsius tum aliorum poematia et epigrammata. Septem Eclogae priores Calpurnio adscriptæ sunt hisce uerbis: *Titi Calphurnii Siculi Poetae Carmen bucolicum:* quattuor posteriores post illas collocatæ sub Nemesiani nomine exhibentur in hunc modum: *Nemesiani Poetae Chartaginensis Eclogae.* Singulis Eclogis Periochæ, uti Brassicano eas placuit nominare, quaternis uersibus hexametris conscriptæ reperiuntur, quas alio loco dabo. In constituendo uerborum contextu Brassicanus praeter *illum codicem*, quem supra commemoraui, ob oculos habuisse uidetur ed. Ascensianam, ex qua interpolationes quædam in hanc editionem irrepserunt, et ed. Bononiensem, id quod ex Brassicani praefatione satis liquido efficitur. Magni uero æstimanda est hæc Brassicani editio: Wernsdorfius enim l. a. pag. 50. de editione quadam Basileensi s. Oporiniana (1546. 8°.) haecce affirmat: „Basileensis uel Oporiniana singularis est, et quidem ad uetustiora exemplaria Rom. aut Dauentr. expressa, sed pleraque mendosa et hiulca loca tam feliciter restituit et corrigit, ut si emendationes istæ ex alio bono codice, non ex sola coniectura Oporini profectæ sint, certe hæc editio in præstantissimis habenda sit.“ Jam collatione Brassicani editionis diligenter instituta mihi persuasum est, illam ed. Basil. ex hac Brassicani ed. expressam esse, id quod luculenter apparet ex Ecl. II, 33. *Et mihi matura.* II, 71. *hortus.* II, 92. *Carmina spernit amor, neque fistula flectit amorem.* III, 93. *Profer.* IIII, 2. *cui.* IIII, 70. *sed non.* IIII, 78. *en quoque frater.* IIII, 88. *ne dedignetur.* VI, 6. *exuperauerat.* VI, 53. qui postponitur u. seq. et in quo exstat *ex-*

celsissima frons est. VI, 68. *dependent.* VII, 52. *in rotulam.* VII, 53. *tota.* VII, 59. *Manticoram rigidam et syluis quibus.* VIII, 59. *ornatus.* VIII, 81. *tibi neu.* VIIII, 78. *crines.* X, 39. *Tunc deus.* XI, 51. *Sytonias:* quæ scripturæ in his tantum editionibus reperiuntur, quarum consensus præterea plurimis confirmatur exemplis, in quibus cum aliis libris scripturam quandam habent communes. Sunt sane uersus, in quibus Brassicani et Oporini editiones non congruunt inter se, cf. Ecl. I, 28. III, 75. IIII, 40. 72. 152. V, 25. 101. VII, 70. 83. VIII, 9. X, 5. XI, 68. sed hæc non eius sunt momenti, ut ea, quæ contendi, his subuertantur. Itaque cum Brassicanus, id quod ipse in præf. testatur, codice usus sit, sine dubio ea, quæ in illius editione frugi sunt, in uerborum contextum sunt recipienda.

Restat uero ex antiquis subsidiis criticis unum, nescio quod, plenum suspicionis atque fabularum, Casp. Barthii, quæ fertur, editio Germanica ἄτοπος: de qua cum nihil mihi præterea innotuerit, paucis rem cum ex ipsius Barthii uerbis, tum secundum aliorum uirorum doctorum, in primis I. Vlitii, sententiam explicabo. Etenim quam Barthius ipse pluribus locis (cf. Wernsd. l. a. p. 42.) editionem litteris Longob. ab Andrea (?) Lottero impressam indigitauit, eandem idem ad Gratii Cyn. u. 112. codicem manu scriptum, quem nunquam uidit, quique minime cum iis consentit, quæ a Barthio ex edit. Germ. afferuntur, Pithoeanum s. Puteanum esse hariolatus est: quo sane mea quidem sententia efficitur, id quod Vlitius putauit, illam editionem fictam esse et uere ἄτοπον, quippe quæ nunquam et nusquam sit impressa: Barthii lusus aut coniecturæ uidentur esse, quæ ex illa ed. Germanica afferuntur. Certe Matth. Lagius Vindiciis suis Barthiani nominis in hac re Barthium nihil iuuit, neque quenquam ineptis illis tumidisque declamationibus iutum iri arbitror. Eandem de illa ed. German. sententiam protulisse uideo Hauptium in præf. ad Gratii Cyneget. p. XVII. 1.)

OMNIUM, QUOTQUOT ADHIBITI SUNT, LIBRORUM SIGLAE.

P. *cd. Palatinus* ap. Barthium, Gebhardum, Burmannum: fortasse plures libri.
V. *cd. Vossianus* ap. Burmannum.
H. *cd. Heinsii* ap. eundem.
D 1. *cd. Doru. a.* idem *Neapolitanus.* } ap. eundem.
D 2., D 3., D 4. } *cdd. Doruill. b. c. d.* } ap. eundem.
*B. *cdd. Guidalotti* in Comm. ed. Bononiensis allati.
*T. *cdd. Titii* in Comm. ed. Florent. II. commemorati.
G. *cd. Gothanus* ap. Wernsdorfium.
M. *cd. Modii* in Epistolis nouantiquis adhibitus.
*R 1., *R 2. } *cdd. Rehdigerani* a me collati.

* r. *ed. Rom. pr.* (cum Silio) 1471. f. 2)
d 1 *Dauentriensis prior* 1491. 4°.
* d 2. *Dauentriensis altera.* s. a. 4°. 3)
n. *Nordheimensis* s. l. et a. 4°.
c. *Coloniensis* s. l. et a. (4°.?) 4)
a. *Ascensiana* Parisiis 1503. 4°.
* *α. Ald.* ap. Burm. in Excerptis Doruill. 5)
* p. *Parmensis Vgoleti* s. a. 4°.
* *β. Bononiensis Diom. Guidalotti* 1504. f.
* a 2. *Aldina altera* 1534. 8°.
* s. *Augustana Stayneri* 1534. 8°. } a 2. sqq. ap. Wernsd.
g. *Gryphiana* 1537. 8°.
* f 2. *Florentina altera Rob. Titii* 1590. 4°.
* f 1. *Florentina prior Phil. Iuntae* 1504. 8°.
v. *Viennensis* 1514. 4°. } f 1. sqq. ap. Wernsd.
a 1. *Aldina prior* 1518. 8°.
t. *Tigurina* 1537. (8°.?)
* b. *ed. Brassicani* s. l. 1519. 4°.
* o. *Oporiniana* Basileae 1546. 8°.
* π. *Pithoeana* Parisiis 1590. 12°. (Lugduni 1596. 8°.)
* I. *ed. Barthii* Hanouiae 1613. 8°.
ψ. *Barthii ed. German.* ἄτοπος.
* II. *Vlitii Autores rei uenaticae* c. Comm. et Additam. Lugd. Batau. 1653. 16°.
(*Poetae Lat. rei uenaticae et Bucolici antiqui sqq.* [*ed. Hauercamp.*] Lugd. Bat. et Hag. 1728. 4°.)
III. *Petri Burmanni Poetae Lat. Min.* tom. I. 1731.
IIII. *Wernsdorfii Poetae Lat. Min.* tom. II. 1780.
Titi Calpurnii Siculi Eclogae ed. Beck. Lipsiae 1803.

Libri asterisco (*) insigniti a me primum aut denuo collati sunt. Reliquorum, quibus et alii et ego hic illic usi sumus, librorum suo loco fiet mentio. Omnium uero, quorum habenda est ratio, subsidiorum criticorum conspectus in hunc fere modum exhiberi potest

*

* *

D 1.

H. D 2. 3. f 1. b π.

R 2. D 4. (B T M) PR 1. V G r.

d 1. 2. a p a 2.

T. CALPURNII SICULI ECLOGA VI.

ASTILUS, LYCIDAS, MNASYLLUS.

A. Serus ades, Lycida: modo Nyctilus et puer Alcon
Certauere sub his alterno carmine ramis
Iudice me, sed non sine pignore. Nyctilus haedos
Iuncta matre dedit: catulum dedit ille leaenae
Iurauitque genus, sed sustulit omnia uictor.

L. Nyctilon ut cantu rudis exsuperauerit Alcon,
Astile, credibile est, si uincat acanthida cornix,
Vocalem superet si dirus aedona bubo.

In hac Aegloga (egl. *r*) interlocutores (interloquut. *r*) Hastilus et Lycidas pastores Emuli et dissidentes *R 1. ra. in qua post u.* Aegloga *u.* sexta *add.* Hastilus *praeterea VG. (cum R 1. r a. ubique.)* Astylus, Lyc. et Mnasyllus *ba 2. s.* Astilus et Lyc. et Manasilus Interloquutores *et adscr.* emuli et dissidentes *d 2.* Manasylus *Pd 1.* Manasilus *p.* Mnasyllus *g. sqq.* (?) *f 2.* Mnasylus *f 1.* vπ. *rell. usque ad Beck. qui* Mnasyllus *recepit.* Litigium *inscrib. f 1. sqq.* π *rell. usque ad Wernsd.*

1) Serus) Ectus *VGr* = Rectus, *uti r, id quod Burm. testatur, atque ipse uidi.* Tectus *R 1.* Laetus *d 1. 2. affertque Ascensius.* Aetus *D 4. R 2.* Letus *D 2. 3.* Lentus *ex Ecl. VII, 1. Burm. c.* ad es (*corr.* ades) *d 2.* licida *d 2.* nictilus *R 2. d 2. a 2.* 2) ramis) nimis *R* 2. 3) Nictilus *d 2.* nictilus *R 2.* hedos *ab.* edos *pβ.* aedes *R 2.* 4) leenae *R 1. rd 2. p.* leene *R 2.* Laconum Iurauitque T (Lacanum = Lacaenum *perperam ex eo affert Vlit.*) Laconem *aut* Lacaenae *Heins. c.* leaenae, Iur. *quidam distinguunt sec. Burm. ita Wernsd.* 5) substulit *R 1. 2. f 1.* 6) Lyc. *om. et ad seq. u. appos. in Vpβ*v*bo.* Nycolon *d 1. 2. in hac adscr.* Nictilus Nyctilen *D 1.* ut) et *VGR 1. rbo.* exuperauerat *bo.* 7) si *probante Wernsd. affert Brodaeus Miscell. 7, 1. Erasm. Adag. Chil. I. cent. 8, 85. D 1. d1. 2. in qua* ut *corr. uti rell. habent. Caeterum interpunctionem posui ex sententia Hoeufft. Peric. poet. et crit. III. p. 332. Friesem. Coll. Crit. p. 179. uulgo post u.* est *interrogationis signum positum est.* sic (*uti u. seq. pro* si) *Heins. c.* Ita *Kannegietter* c. *ad Auian. fab. 3. u. 12.* Acantida *pf 1. a 2. s.* anchantida *R 1.* achantida *a.* acandida *R 2.* candida *D 4.* acatalantida *teste Guidal. Jo. Tortell. legit, fort. ex deprauato cd.* 8) superor *d 2. n.* si *restitui, uti uulgo scriptum est.* sic *ex Heins. coni. Beck. recepit.* dirus) turpis *D 3. probante Beck.* turpior *BVGD 2. 4. R 1. 2. rd 2.* rurpior *a.* superat si turpis *Barth. Aduu. 8, 12. affe-*

A. Non potiar Petale, qua nunc ego maceror una,
Si magis aut docili calamorum Nyctilus arte
Aut cantu magis est, quam uultu, proximus illi.

L. Iam non decipior: te iudice pallidus alter
Venit et hirsuta spinosior histrice barba,
Candidus alter erat leuique decentior ouo
Et ridens oculis crinemque simillimus auro,
Qui posset dici, si non cantaret, Apollo.

A. O Lycida, si quis tibi carminis usus inesset
Tu quoque laudatum posses Alcona probare.

L. Vis igitur, quoniam nec nobis, improbe, par es,
Ipse tuos iudex calamos committere nostris?
Vis conferre manus? ueniat licet arbiter Alcon.

runt et Erasm. l. a. acadona *D 1.* edona *D 2. R 1.* adona *R 2.* baubo *D 1.* 9) A. *om. R 1. r.* non pociar *D 1.* (Futurum est, non Coniunct.) Ne potiar *Ascensius et Mod. cc. prob. Wernsd. recepit Beck.* Te potiar *R1. rd1. boπ uti uulgo, affertque Ascensius.* Te patiar *pβf1. 2. va1. 2. sqq. t.* Te pater *s.* Petale *aπ. rell.* Crotale *VGR1. rf1. 2. βa2. sqq. bo.* Crocale *D1. 2. 4. R2. d1. 2. pts.* macreor *R1.* torqueor *abo.* uua (*corr.* una) *d2.* 10) Si magna aut *D1.* Nyctilos *D3. r.* nictilos *R1. 2.* nictolos *D4.* nyctilon *G.* niculus *d2.* 11) cantu) cautu *o.* uoltu *rabo.* 12) L. *om. R1. r.* Iam non *D1. Burm. c. idem:* decipiar. *uulgo* Iam nunc. *Illud ob sententiam necessarium:* nunc *et* non *saepe confunduntur, cf. Ecl. IIII, 20.* pallidus) panetas *VGR1. r.* panicus (Panos forma) *Wernsd. c.* squalidus *Heins. c.* 13) histrice *omnes quos uidi: Beck.* hystrice, *quod necessarium non est.* Histice *D2.* hostice *D4. R2.* hirsutam sp. hystr. barbam *Heins. c.* 14) leuique *D1. R1. 2. ra. Mod. c. III. IIII.* laeuique *d1. 2. βf1. sqq. boπ. I. II. Beck.* leuique *pa2. sqq. f2.* decencior *p.* ouo) oua *P.* euo *R2.* aeuo *D3. d1.* aero *d2. sed* ouo *adscr.* 15) ridens) rudens *d2. sed* uiridans *adscr. quod exstat in GR1. ra.* simillimus *R2. bo.* 16) posset dici *PVGD1. 2. 3. 4. R1. 2. rabo et adscr. d2. recepit Beck. uulgo* posset dici. sinon *R2.* Appollo *s.* 17) siquis *R1. rf1.* inesset *D1. uulgo* adesset. 18) Alcona) Alterna *D1.* 19) improbo *d2.* (e *corr.*) par es) pares *R1. rapbo. Guid. et Titius afferunt.* pars est *R2.* 20) calamis *V.* comittere *f1.* nostros *D1. habetque Burm. sine dubio errore typogr.* 21) Ast. *add. f1.* manus) manum *D2. 3. 4. R2. d2. pβa2. sqq. f2.* ueniat licet) uel ueniat *VGR1. r.* ueniat uel *f1. va1 π I.* ueni licet *R2.* ueniat uelit *Vlit. c.* ueniat uel hic *aut* ueniatque uel *Heins. c.* haud nunc erit arbiter Al-

A. Vincere tu quemquam? uel te certamine quisquam
Dignetur, qui uix stillantes, aride, uoces
Rumpis et expellis male singultantia uerba?

L. Fingas plura licet: nec enim potes, improbe, uera
Exprobrare mihi, sicut tibi multa Lycotas,
Sed quid opus uana consumere tempora lite?
Ecce uenit Mnasyllus: erit, nisi forte recusas,
Arbiter inflatis non credulus, improbe, uerbis.

A. Malueram, fateor, uel praedamnatus abire,
Quam tibi certanti partem committere uocis.
Ne tamen hoc impune feras, en adspicis illum,
Candida qui medius cubat inter lilia, ceruum?
Quamvis hunc Petale mea diligat, accipe uictor.

con *a.* 22) Ast. *om.* *pβa2. s.* (*Guidal. in comm. addit.*) Vinces tu *D1. fortasse* Vincen (n *et* re *saepe confusa) Ellipsis uix ex Virg. Ecl. III, 25. defendi potest.* uingere *R2.* te *om. R2.* 23) qui uis *D1.* quid uis *D4. R2.* stillantis *R1. rabo.* stilantes *R2.* titubantes *uel* strigantes *Heins. c.* aride *R1. ra. rell.* arida: arrida *R2.* aride, fauces *Heins. c. non improb. Burm.* 24) Rumpit et expellit *D3. 4. R2.* mala fing. *g.* sigultantia *R2.* 25) Fingis *D2.* uera *Tit. et Barth. correxerunt:* uerba *rell.* improba uerba *R2.* (*hoc ex praeced. u. male repetitum. Wernsd.*) uerbo *VGR1. ra.* 26) Et probare *D2.* Lycontas *VGR1. ra.* Lycantas *d1.* Lycantas *d2.* (Lycuntas *corr.*) Licontas *D2.* Ticontas *D4. R2.* 27) quid) quis *R1.* quas *D1.* consummere *R1.* 28) Mnasylius *apβa2. s. f2. bo. Beck.* Manasyllus *VR1. rd2.* Mnasillus *D4.* manasillus *D2. R2.* Massilius *D1.* Mnasilus *t. I.* Mnasylus *f1. π. rell.* forte) fronte *v.* recuses *d2. pβa2. sqq. f2.* retusus *P.* 29) inflatis non cred. *D1. Heins. c. sed idem:* inflatis non cedimus. Insito nunc (non) *D3. uulgo:* Arbiter. Insta nunc non *sqq.* non credimus, improbe, uerbis *Burm. c.* non *om. D4. R2. Voc.* credulus *Gud. recte ad Mnas. refert.* 30) A. *om. in f2. b.* praedamnatus *scripsi ex uerissima coni. Trossii Obseru. critt. c. 4. p. 17. quae confirmatur scriptura D1.* praedam natus. *uulgo* praedam nactus. predam *R1. 2. b. Tit. in lemm.* preda *f2.* preda uictus *edit. uetustiss. quam Tit. affert.* praedem *Barth. c.* nec praedam *uel* nec praeda mactus *Burm. c.* praemia pactus *Heins. c.* praeda tactus *Gud. c. aut* praedam *interpretatur* munus *ex u. 48.* nactus abires *d1. 2.* 31) partem) palmam *uel* spartam *Heins. c.* commitere *p.* 32) Ne t. h. i. feras *D1. uulgo* Nec t. h. i. feres. En *sqq.* 33) cui medius *R2.* melius (medius *corr.*) *V.* melius *GR1. D2 ra.* cubet *a.* ceruom *R1. r.* 34) Quamuis *R1. r.* diligit *s.* diligat hunc mea Pectale, accipe *D4. pβ.* (*sed a Guidal. corr.*) Quam uis hunc diligat mea pectale accipe *R2.* Hunc, quamuis *sqq. Nodell. Not. critt.*

Scit frenos et ferre iugum sequiturque uocantem
Credulus et mensae non improba porrigit ora.
Adspicis, ut fruticat late caput, utque sub ipsis
Cornibus et tereti pendent redimicula collo?
Adspicis, ut niueo frons irretita capistro
Lucet, et a dorso quae totam circuit aluum,
Alternat uitreas lateralis cingula bullas?
Cornua subtiles ramosaque tempora molles
Implicuere rosae, rutiloque monilia torque
Extrema ceruice natant, ubi pendulus apri
Dens sedet et niuea distinguit pectora luna.
Hunc ego, qualemcunque uides, Mnasylle, paciscor
Pendere, dum sciat hic se non sine pignore uinci.

L. Terreri, Mnasylle, suo me munere credit:
Adspice, quam timeam. Genus est, ut scitis, equarum
Non uulgare mihi, quarum de sanguine ponam
Velocem Petason, qui gramina matre relicta

p. 88. c. probante Beck. 35) frenos et *PD1. 2. 3. 4. G R1. 2. ra. et adscr. d2.* frenos scit *uulgo.* freno. sequitutque *p.* 36) mense *R1. 2.* mensem *D1.* porriget *D3.* porrigat *a.* 37) fructicat *R1. affertque Guidal. in lemm.* fruticet *PVD2. 4. R2. d2. (sed suprascr. a) pβa2. sqq. f2.* fruticem late capit *D1.* sub hirtis *Heins. c.* 38) *Hic et seq. u. deest in GR1. r.* terreti *d2.* teriti *R2.* lereti *D1.* pendent *D1. probante Beck. uulgo* lucent. 40) Lucet etiam a dorso *D1.* ee a dorso *β.* et adorso *R2.* que *R1. 2.* aluom *r.* album *a1. Fortasse melius scribi potest:* Lucet, ut a dorso *sqq.* 42) sutiles *in peruet. exemplari inuenit Titius.* Cornua sutilibus molles ramosa corollis *Heins. c. Voc.* subtiles *corruptum uidetur Burm. qui fortasse aliud florum genus latere putat.* 43) rutilioque *R2.* 44) Externa ceruice natant, uel pend. *D1.* natant *praeterea in d1. (non d2.) receptum a Burm. Wernsd. Beck. idem conii. Vlit. et Heins.* notant *rell.* notat *n.* nitent *Vlit. c.* 46) Hunc sicut cumque uides Mnasille pacisoor *D1. Hinc recepi* Mnasylle, *probante Beck. quod necessarium est ob sententiarum nexum. Vulgo:* uides in ualle paciscor. 47) Perdere *PD1.* hic *om. R1.* senon sine *R2.* non se sine *GR1. rabo.* 48) Mauasylle *R1. rd2.* manasille *R2.* mnasille *a* Mnasyle *f1. n. rell.* 49) quam) quem *D1.* et scitis *Heins. c.* 50) uulgare *D1. Scaliger. c.* iugulare *nd2. sed in hac adscr.* iugale, *uti uulgo.* non iugale (vv—v) *Buchn. ad Venant. hymn. de Resurr. u. 29. legendum censet probante Beck.* noniiugale *uel* non junctum ante *Barth. c.* non subigale *Gebhard. Crepund. II, 17. c.* Coniugiale *(i. e. foeturam tantum exercens) Vlit. c.* Non venale *Burm. c.* 51) Veloci *VGR1. rabo.* Pegasum *d1. 2.* gramine *R1.* que *R2.* gramen

Nunc primum teneris libauit dentibus: illi
Terga sedent, micat acre caput, sine pondere ceruix,
Pes leuis, adductum latus, excelsissima frons est,
Et tornata breui substringitur ungula cornu,
Vngula, quae uiridi sic exsultauit in aruo,
Tangeret ut fragiles, sed non curuaret aristas:
Hunc dare, si uincar, siluestria numina iuro.

M. Et uacat et uestros cantus audire iuuabit.
Iudice me sane contendite, si libet: istic
Protinus ecce torum fecere sub ilice Musae.

A. Sed ne uicini nobis sonus obstrepat amnis,
Gramina linquamus ripamque uolubilis undae.
Namque sub exeso raucum mihi pumice lymphae
Respondent, et obest arguti glarea rivi.

L. Si placet, antra magis uicinaque saxa petamus,
Saxa, quibus uiridis stillanti uellere muscus
Dependet, scopulisque cauum sinuantibus arcum
Imminet exesa ueluti testudine concha.

D4. R2. 53. 54) Hi duo uu. uulgo inuerso ordine scripti reperiuntur: ita uti ego collocaui, exstant in bo. 53) deest in P. micat aure, caput s. p. curuum s. cernuum Vlit. c. sine pondere pernix s. uenter Heins. c. 54) deest in VGD4. R1. 2. ra. aductum d2. excelsissima frons est bo. uulgo ex praec. u. ceruix repetitum. Totum u. [] inclusit Beck. 55) Vt tornata ψ. coronata d1. 2. sed in hac tornata corr. curuata D4. R2. cornu) collo P. 56) quae) quam D1. qua pβa2. sqq. f2. quod probari potest. que R1. 2. quae rell. aruo) auro G. 57) hic u. cum seq. om. in VGR1. r. tangerer I. non sed ψ. non et Barth. c. si non D1. 58) Hunc) Nunc D2. Hunc dari se uincar D4. Huic dari sinuicor R2. si uincas d1. 2. a. 59) et (altero l.) om. R2. 60) sani Burm. c. contendere d1. 2. contemnite R 2. ista Heins. c. 61) Protenus Beck. c. thorum R1. 2. rabf1. facere P. 62) Hast. et u. 66. Lyc. praef. VR1. ra et adscr. d2. rell. quas uidi edd. Ast. omitt. sonus nobis obstrepet R2. 63) Gram. rumpamus G. umbre in marg. unde R2. umbrae D4. 64) Nanque R1. ra2. s. exseso f2. exeo R2. punice R1. 2. rpb. lyphae r. lymphe R2. limphae R1. lymfae I. 65) Lyc. praef. R1. (sed ita ut litterae ipsae magis ad seq. u. pertin.) Ast. add. β. galearea D1. riui) ruris d1. n. ruit sed riui adscr. d2. 66) A. praef. f1. a2. snId2. in qua corr. Ly. Personam om. et ad Mnas. refert bo. u. 68) Dependent bo. dependit d2. stipulisque c. strauantibus antrum R2. cauom r. canum (cauum corr.) d2. 69) Inminet exea R2. exesum

M. Venimus et tacito sonitum tutabimur antro,
Seu residere libet, dabit ecce sedilia tophus,
Ponere seu cubitum, melior uiret herba tapetis.
Nunc mihi seposita reddantur carmina lite,
Nam uicibus teneros malim cantetis amores:
Astile, tu Petalen, Lycida, tu Phyllida lauda.

L. Tu modo nos illis iam nunc, Mnasylle, precamur,
Auribus accipias, quibus hunc et Acanthida nuper
Diceris in silua iudex audisse Thalea.

A. Non equidem possum, cum pronocet iste, tacere.
Rumpor enim merito: nihil hic nisi iurgia quaerit.
Audiat aut dicat, quoniam cupit. hoc mihi certe

P. exesae u. t. conchae *Heins. c.* 70) Has. praef. (*u.* 73. Mn. *u.* 79. Lyc. *u.* 81. Has.) *Vr.* Ma. Ha *adscr. d*2. Ast. *Beck.* Mn. *praef. f*1. 2. *pβa*2 *sπI. II. rell.* sonitus *VR*1. *BTra.* sonitu *G.* tumbabimur *R*2. turbabimur *D*2. 4. ructabimus *VGBTra et adscr. d*2. ructantibus *R*1. mutauimus *D*1. *quo confirmatur* mutabimus, *quod Burm. c.* hic tacito s. uitabimus antro *Heins c.* 71) Seu) sed *P.* ecce *om. D*4. trophus *R*2. tophis *D*1. 72) uir et herba *R*2. uidet herba *G.* tapetis *f*1. *va*1. *π sqq.* lapillis *PVD*2. 3. 4. *GR*1. 2. *rd*1. 2. *apβa*2. *sqq. f*2. *bo.* medils u. h. lapillis *Vlit. c.* 73) Mna. *praef. R*1. *et adscr. d*2. *Person. om. pβf*1. 2. *boa*2. *sπ. I. II.* 74) malum *R*1. canteris *p.* Amoreis *I.* 75) Hastile *R*1. *ra.* Astyle *b.* tu *adscr.* lycida tu (*hoc u. oblitt.*) *d*2. tu Lycida *PVD*1. 4. tu Lycida phillida *R*1. *r.* phillida *ab.* philida *pβ.* petalem tu lycida phylida *R*2. Petalem *D*4. *b.* 76) Has. *praef. R*1. *rab.* nos illis (iam nunc Mn.precamur) *π.* nos ipsi *GD*4. *R*2. *d*1. 2. *pβa*2. *sqq. f*2. *abo.* nos ipse *VR*1. *r.* nos illis nam nunc *P.* nunc *om. R*2. iam nuc *f*1. *Fortasse scribendum:* nos illis ipsis Mn. mnasille *a.* Mnasyle *f*1. *π.* Mnasyllae *s.* Manasylle *R*1. *rd*2. manasille *R*2. 77) accipias *D*1. excipias *uulgo.* Acantida *pβf*1. 2. *a*2. *s. gt.* acanthida *πo.* Achantida *D*4. *R*1. 2. *rab.* Acontida *D*1. 78) thalia *VGR*1. *ra.* Thalaea *t. Tit. in lemm.* Theloni (*Ouid. Fast. VI, 565. Tolenum flumen est. Burm.*) *Tit. c.* Galesa *Heins. c.* Thalia = uiridante *Ascens. explicat consentiente Wernsd. Exc. XVII. inepte. Ad nympham Thaliam, cuius in silva furti aut reos aut suspectos in ius uocatos esse dicit, Wernsd. refert in Add. t. IIII. p. II. p.* 820. *sqq.* 79) Lyc. *add. R*1. *rab et adscr. d*2. *Pers. om. p.* Nonequidem *R*1. (*sed signo add.*) quum *R*2. *ab.* quom *R*1. *r.* ista *R*2. 80) Rumpe enim *D*4. *R*2. et merito *d*1. 2. *Burm. c.* querit *R*1. *r.* Ast. *add. p.* 81) Hast. *praef. R*1. *rabo et adscr. d*2. ut dicat *D*3. 4. *R*2. et dicat *T. cd.* ut dicit *Barth. c.* audeat; audiri q. cupit *Heins. c.* capit *P.* quoniam libet *Tit.* (*ex uet. libro?*)

Dulce satis fuerit, Lycidam spectare trementem,
Dum te stante palam sua crimina pallidus audit.

L. Me, puto, uicinus Stimicon, me proximus Aegon
Hos inter frutices tacite risere uolentem
Oscula cum tenero simulare uirilia Mopso.

A. Fortior o utinam nondum Mnasyllus adesset:
Efficerem ne te quisquam tibi turpior esset.

M. Quid furitis? quo uos insania tendere iussit?
Si uicibus certare placet — sed non ego uobis
Arbiter: hoc alius possit discernere iudex.
Et uenit ecce Mycon, uenit et uicinus Iolas:
Litibus hi uestris poterunt imponere finem.

82) Lycidan *I. III. IIII. Beck.* lycida *D4. R2.* spectare *R1. Gra bon Mod. c.* exspectare *d2.* expectare *pβ sf1. 2. a2. sqq. n affertque Barth.* 83) te) me *G.* testante *Barth. affert et c.* testem ante. testata palam *T. Vlit. c.* te teste palam *Heins. c.* te astante *Burm. c.* crimina *BTa f1. ua1. et adscr. d2. Mod. c.* carmina *VD3. 4. R1. 2. rd2. bopβa2. sqq. f2.* 84) Stymicon *R1. rd1. 2. pβa2. sf2.* Strymicon *g.* 85) tacite fixere *P.* non dum *VR2. d2. b*: iudex M. *VGR1. ra. corrigitque Guid.* non nunc *Beck. c.* modo nunc Mn. abesset *uel* modo non Mn. adesset *Burm. c.* Mnasylus *f1. π. rell.* manasillus *a.* Manasyllus *GR1. r.* manasyllus *d2.* manasillus *VD4. R2.* abesset *Vlit. c.* 88) nec te *φ.* necte *D1. d1. f1. ua1.* quisquam tibi *pβa2. sf2. d2. π. rell.* tibi quisquam *VGR1. rabo.* te *om. VGR1.* ne etiam quisquam turp. *D4. R2. Hinc ueram scripturam esse puto:* ne te iam quisquam. turpius *Tit. in lemm.* 89) Qid *R1.* furitis) facitis *VGR1. rabo.* furitis *om. D4.* quo uos *D1. Guid. et Vlit. cc.* 90) si) sic *Wernsd. et Iust. Obss. critt. p. 75. et Beck. cc.* sic non ego *Barth. c.* 92) Micon. *boa2. sf2.* micon *R2. pβ.* en uicinus *Heins. c.* Iollas *R1. ra.* yollas *R2.* 93) hi nostris *P.* in uestris *R2.*

Typis iam adornatis nactus sum Schweigeri librum, (Handbuch der classischen Bibliographie) cuius in tom. II. sect. I. p. 60. et 61. quaedam adnotatione digna de Calpurnii edd. perscripta sunt. Itaque haec subiungere satius existimans quam plane omittere, hoc loco ea, quae in ipso contextu notis significaui, proferam.

1) Barthii ed. German. nullam esse supra contendi: at quae ap. Schweiger. l. a. leguntur, sententiam meam refellere uidentur. Haec enim apud illum exstant: „C. bucolicum carmen. 4. s. l. (Lipsiae) et a. Goth. Sign. A — D. mit 20 Zll. Zu Ende: Bucolica titi

calphurny siculi finiunt. (planc ut ed. Dauentr. alt.) apud Weigel. N. 6000 sed „forma octaua“ fortasse foliis nimium resectis. Lotterus enim ille (uerum non Andreas, quem Annales typographici ignorant, sed Melchior) quem Barthius edit. suae auctorem protulit. Lipsiae primum typis impressit et postea Magdeburgae primis saec. XVI. decenniis, si dicere fas est, cf. Wernsd. l. a. p. 43. Attamen illud ipsum Lotteri nomen, quod Barthio teste ad calcem ed. German. adscriptum erat, in illa edit. (Lipsiensi) non compareț, neque de Gratii aut Nemesiani Cynegeticis una editis Schweigerus quidquam affirmat, id quod secundum Barthium de edit. Germ. asseuerandum est. Itaque huic rei haud multum tribuerim: namque fortasse Calpurnii Eclogas Lipsiae impressas habuit Barthius, quod facillime libro illo collato diiudicari poterit, at ne sic quidem ille uanae iactationis probro liberatur.

2) Editio Rom. nonnunquam a Silio Italico separata inuenitur sec. Schweiger. l. a. Hinc factum esse uidetur, ut nonnulli eam sine l. et a. prodiisse dicant.

3) Schweiger l. a. tres edd. Dauentrr. affert hoc ordine: 1) *C. bucolicon carmen. 4. Dauentriae in Platea Episcopi* (Rich. Paffroet) s. a. Goth. 32 Bll. 2) *C. (buc. carmen). 4. Dauentr.* (Iac. de Breda) s. a. 23 Bll. mit 25 Zeilen. 3) *C. bucolicum carmen. 4. Dauentriae, per Iac. de Breda*) 1491. Goth. 20 ung. Bll. mit 29 Zeilen. Sign. a — d. (in Göttingen). Quae tertio loco allata est, Wernsdorfii est Dau. (1.) Altero loco quam ponit Schweiger, sine dubio est Dauentriensis ed. illa, quae in Bibliotheca Dresd. exstat, nam fol. 1. casu fortasse abscissum erat in eo exemplari, de quo Schweiger refert. Caeterum descriptio est manca, sed in ea nihil est, quod contra faciat. De prima editione Dauentr. ap. Schweiger. aliunde nihil prorsus mihi innotuit: nisi igitur ille errauit, amplius de hac re quaerendum est. Ex uerbis huic edit. ad calcem adiectis diuinare licet eam atque Dauentr. alteram unam eandemque esse.

4) Schweiger l. a. p. 61. alteram ed. Colon. affert alias ignotam: *T. Calphurnii Siculi Bucolica. 4. Apud Sanctam Coloniam* 1522. Zu Ende: *Colon. in aedib. Eucharii Ceruicorni mense Martio.* cf. Clement. Bibliotheque curieuse etc. tom. VI. p. 63.

5) Illam edit. Venetam a. 1472 excusam separatim diuenditam esse ex Bibliotheca Pinelli (a Iac. Morellio descripta etc. Ven. 1787. 8.) Schweiger refert. Idem huius libri memoriae aliam subiicit alioquin incognitam Calpurnii editionem uerbis hisce: „(Calphurnii Eclogae) s. l. et a. f. 15 Bll. Beginnt: *C. Calphurnii carmen bucolicum incipit feliciter.* Zu Ende: *C. Calphurnii bucolicon carmen desinit*“ Nisi hae inscriptiones nonnihil essent immutatae, hanc atque ed. Rom. eandem esse dicerem, neque foliorum numerus me remoraretur, cum facile primum, scriptura carens, excidisse coniici posset. Sed equidem nihil affirmo aliisque, quibus huius libri copia fiet, hoc explanandum relinquo. Verum tamen id sine ulla dubitatione coniectare posse mihi uideor, illam edit. eiusdem generis esse atque ed. Romanam.

Schul-Nachrichten.

A. Allgemeine Lehrverfassung.

Uebersicht des in dem letztverflossenen Schuljahre ertheilten Unterrichts.

---

a) **Sprachen.** Deutsche Sprache. I. 1 St. Geschichte der deutschen Literatur. Mittelalter. 1 St. Aufsätze, Uebungen in der Deklamation und in freien Vorträgen. — Direktor. II. 1 St. Erklärung deutscher Musterschriftsteller. 1 St. Aufsätze und mündliche Uebungen. — Prof. Kunisch. III. 3 St. Grammatik, Aufsätze und Deklamation. — Mag. Mücke. IV. 2 St. Grammatik und Aufsätze. — Prof. Tobisch. 1 St. Deklamation. — L. Tobisch. V. 3 St. Grammatik und Orthographie. 2 St. Aufsätze und Deklamation. — L. Woltersdorf. VI. 3 St. Grammatik und Orthographie. 2 St. Aufsätze und Deklamation. — L. Woltersdorf. — — Lateinische Sprache. I. 2 St. Horat. Epod. Satir. et Epist. 1 St. Tacit Annal. 2. 3 St. Cicero oratt. Verrin. 1 St. Aufsätze. 1 St. Disputationen. — Prof. Kunisch. II. 2 St. Virg. Aen. 1. und 2. — Direktor. 4 St. Liv. 21. 2 St. Grammatik. 1 St. Exercitia. — Prof. Wimmer. — III. 2 St. Caes. de bell. Gall. I. und II. Prof. Kunisch. 1 St. Iustin. 14 — 20. 2 St. Ovid. Metam. I. und II. 3 St. Grammatik und Exercitia nach Stracks Anweisung. — Mag. Mücke. IV. 2 St. Grammatik. 4 St. Jacobs Lesebuch und Uebersetzen nach Heimbrods Anleitung nebst Exercitien. — L. Gläser. V. 2 St. Grammatik nach Schulz. 4 St. Jacobs Lesebuch und Uebungen nach Schulz nebst Exercitien. — L. Gläser. VI. 2 St. Krebs. 4 St. Grammatik und Exercitia nach Schulz. — L. Tobisch. — — Griechische Sprache. 2 St. Ilias 16 und 17. 3 St. Plutarchs Parallelen, Kato d. J. 1 St. Exercitien. — Prof. Wimmer. — 3 St. Odyssee 3, 4 und 6. — Direktor. 2 St. Xenophons Cyropädie. 6 u. 7. 1 St. Exercitien. Prof. Kunisch. — III. 2 St. Grammatik. 2 St. Jacobs Lesebuch. — Prof. Wimmer. — IV. 2 St. Grammatik. 2 St. Jacobs Lesebuch. — L. Gläser. — — Hebräische Sprache. I. 2 St. Grammatik nach Gesenius und Uebersetzen poetischer Stücke aus dessen Lesebuch. — Lic. Dr. Rhode. II. 2 St. Grammatik nach Gesenius und Uebersetzen prosaischer Stücke aus dessen Lesebuch. — Lic. Dr. Rhode. — — Französische Sprache. I. 2 St. Menzels Handbuch und Exercitia. II. 2 St. Hirzels Lesebuch und Exercitia. — Lehrer Hiller. III. 2 St. Grammatik, Uebersetzen und Exercitien nach Hirzel. — Prof. Tobisch.

3. Bibliothek und Lehrapparat.

1) Zu der Bibliothek sind in dem Schuljahr 18$\frac{38}{39}$ hinzugekommen:

a. An Geschenken:

Goldfuß, Naturhistorischer Atlas, Lief. 19 — 21, von Einem hohen Ministerium. — E. Gerhard, Auserlesene Griechische Vasenbilder hauptsächlich Etruskischen Fundorts. 1. Heft. Berlin 1839, und: G. L. Schulze, das veranschaulichte Weltsystem u. s. w. Dresden 1838, von Einem Hochlöblichen Provinzial-Schul-Collegium. — K. Pohl, Lesebuch der Polnischen Sprache für Schulen. Breslau, W. G. Korn; von der Verlagshandlung. — Schlesische Zeitung. Jahrg 1838, von Herrn Prof. Kunisch. — 10 Bände Schulbücher, von Herrn Rentmeister Brunckow, ehemaligem Schüler des Gymnasiums.

wofür hiermit der ehrfurchtsvollste und ergebenste Dank abgestattet wird.

b. Durch Ankauf:

Fortsetzungen von: Beckers Weltgeschichte (20 — 28), Wiegmanns Archiv der Naturgeschichte 3, 6 und 4, 1 — 5, Wörterbuch der Französischen Akatemie 10 — 13, Raumer's Geschichte der neuern Zeit 7. Bd. Berghaus, Allgemeine Länder- u. Völkerkunde. 3 Bd. Luciani colloquia selecta ed. Hemsterhuis. Kastner, Grundzüge der Physik und Chemie. Lampadius, Grundriß des Systems der Chemie. S. de Sacy, Grundsätze der allgemeinen Sprachlehre übersetzt von Vater. Keferstein, Naturgeschichte des Erdkörpers 1. 2. Doebereiners Grundriß der allgemeinen Chemie. Hartmann Handwörterbuch der Mineralogie und Geognosie. Tacitus ex recens. J. Bekkeri. Heeren, de fontibus etc. vitar. Plutarchi. Bernhardy, Grundriß der Römischen Literatur. Bernhardy, Grundriß der Griechischen Literatur. 1. Ramshorn, Lateinisches Synonymisches Handwörterbuch. Humboldts Ansichten der Natur. Wiegmann's Handbuch der Zoologie. Blumenbachs Abbildungen Naturhistorischer Gegenstände 1 — 10. Cuvier, das Thierreich, übersetzt von Voigt. 4ter Band. Lenz, Naturgeschichte 3ter Band. Arago, Unterhaltungen aus der Naturkunde 1ter Band. Humboldt und Bonpland Reisen in die Aequinoctial-Gegenden 1 — 6. Herbarts Psychologie. Hegels Encyclopädie.

2) Zu den Sammlungen:

Geschenkt wurden mehrere Mineralien von Herrn Prof. Wimmer. Desgleichen einige von Tertianern.